

De Luxuria.

in meretrice, etiam occulta, tamen ut sic non exit a specie fornicationis simili. Si autem uidua promisit, Deo seruare continentiam, seruari ueram intenditatem, qua est uirtus specialis; cui dari solet velum nigrum, in signum seruanda continentia. 27.q.1. De qua Paulus, scribens ad Thimotheum, quo supra, dicit: Viduas honoratae: quae iure viduae sunt: peccatum tunc suum reducitur ad speciem adulterij. Tertia dicitur Incestus, quando non obseruatur in coniubitu honor, & decentia consanguinitatis, & affinitatis. Vnde commixtio talium personarum, non solum prohibetur lege Diuina, iuxta illud Leuitici. c. 18. Mater tua est, non reuelabis turpitudinem eius, sed iure humano, apud gentiles obseruabatur haec reverentia, refert enim Valerius Maximus, quod apud antiquos, fas non erat, ut pater simul cum filia balnearet, ne se ipsos nudos consiperent. Immo natura haec abhorret. Vnde Philosophus in lib. 8. de Animalibus, dicit, quod quidam equus deceptus, ut matri commisceretur, se ipsum praecipitauit; quasi pro honore, ex quo concludit, quod erant aliquibus animalibus inest naturalis reverentia ad parentes. Quanto reprehenduntur sunt ergo homines: qui rationis usu ducentur & multo magis christiani illuminati? Ideo malum exitum habent matrimonia inter consanguineos, & affines: eo quod male, id est subrepticie dispensati sunt, & multo magis committitiones fornicariæ, inter huiusmodi personas, ex quibus oriuntur impeditamenta matrimoniorum, qua impeditamenta, cum sint occulta ob uerecundiam silentur, dum matrimonia celebrantur in perniciem animarum. Et quantum ad affinitatem, quæ ex propagatione naturaliter ortum habet, nulli latet, sed quantum ad affinitatem, dubium est, eo quod affinitas non contrahitur, ex omni mistione carnali.

58
Affinitas, ex quo aduocari nali contrahitur.

Pro qua re est notandum, quantum ad nostrum propositum spectat, ut sciamus, qui sint incestuosi, ex parte affinitatis. Primo actus sodomiticus non inducit affinitatem. Abusus mulieris, extra uas debitura, non inducit uinculum affinitatis; immo actus venereus, circa uas naturale, quo impeditur, ne fiat generatio, non facit affines: immo fortius, qui virginem defloraret, & claustra pudoris inuaderet, & postea intus non seminaret, per hoc non contraheret affinitatem, 35.q.2.c. Extra ordinaria. Et glo. ibi: nec audienda est, quantum ad actum sodomitum, cum tunc quia non probat, tunc quia non resolute loquitur. Ita quo ergo actus præcisè contrahitur? Diuus Tho. in 4. sen. dist. 41. q. 1. art. 1. quæst. uncula. 1. Innocen. in cap. Fraternitati. Petrus de Palud. & omnes doctores dicunt, quod contrahitur ex carnali copula, tam matrimoniali, quam fornicaria, quando fit seminatio in loco debito, & generationi apto, per feminum committitionem, unde in illa committitione feminum, seu sanguinum, sic contracta efficiuntur viri, & mulier una caro, ideo dicitur, in matrimonio, erunt duo in carne una, scilicet consummato. Hinc, propter talem affinitatem, consanguinei coniugii, efficiuntur affines coniugis sui propinquii, scilicet eundem gradum affinitatis fortiori, cum marito sua consanguineo, quem gradum consanguinitatis habent cum ipsa consanguinea, & econtra consanguinei mariti, cum eius uxore, eamdem affinitatem contrahunt, per eum itaque soror mariti, per consanguinitatem, efficitur soror uxoris eius, per affinitatem: quæ dicitur cognata, non tam men consanguinei coniugum adiuuicem contrahunt affinitatem aliquam: scilicet consanguinei mariti cum consanguineis uxoris, unde frater mariti potest accipere sibi in uxorem fororem uxoris, & econtra.

Sed dubium est, an requiritur necessario ad affinitatem contrahendam quod ambo spermatiscent, an sufficit una persona tantum? Dicitur indubie, si mulier feminauerit, & uir non, affinitate non contrahit, quamvis claustra pudoris intrauerit, ut accidit frigidis, vel, ijs qui timent, ne uxori impræ-

Dubium pulcrum subtile.

Quomodo contrahitur affinitas?